



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 29. Colloquium inter Legatos, & Franciæ Oratores circa Pontificis
auctoritatem Synodo Superiorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

Gal.
Car.
au-
one;
pro-
plo-
uar-
ega-
cœ-
quæ
mi-
s e-
dif-
tem-
ium
lud,
sibi
stia-
t in
quin
eria
mæ-
ent;
liud
nisi
Ca-
nsio-
ecit,
reli-
XIX.
§. XXIX.Sæc. XVI.
A.C. 1563.*Colloquium inter Legatos, & Franciæ
Oratores circa Pontificis auditori-
tatem Synodo superiorem.*

Ad hæc Ferrierus Orator mox verba *Pallav. c. 14.*
faciens, perinde acsi hoc principium *n. 4. & 5.*
minime dubium foret, tanquam cer- *Psalm. 368.*
tissimum posuit, quod Concilium sit su-
pra Romanum Pontificem, cum Religio,
& Ecclesia Gallicana non modo id sen-
tiat, sed palam profiteatur, & jureju-
rando affirmet tanquam articulum ne-
cessarium, eoquod idipsum Concilii Con-
stantiensis auctoritas suadeat. His di-
ctis addidit. „ Nobis quidem Carolus IX,
„ Rex in mandatis suis præscripsit, ne hu-
„ jusmodi controversiam excitaremus,
„ sed simul subjunxit, ne liberum sinere-
„ mus aditum cuilibet verbo, quod huic
„ opinioni opponeretur: propterea hujus
„ rei declaratio a me retardata fuit,
„ donec ab ipso tempore, ac negotio
„ compulsum me cernerem. „ Tandem
Ferrierus allatas petitiones nomine Re-
gis factas memorabat, & sic proseque-
batur: „ cum Pontifex jam dixisset,
„ argumenta illa omnino a se Concilio
„ relinqui, nos Oratores minime consen-
„ tiemus, ut rursus a Concilio ad Pon-
„ tificem hoc negotium devolvatur, sed
huic

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

„huic articulo firmiter inhærebimus.,,
Ast Cardinalis Mantuanus respondit:
„consilium a te datum sequi fas mihi
„non est, nec nos unquam prætermitte-
„mus, ea in decreti, ac Canonum for-
„ma stabilire, quæ ad tuendam supre-
„mam Pontificis auctoritatem confe-
„runt, & si vos vestram opinionem tue-
„ri studebitis, ego pariter, ac socii mei
„velut certam veritatem propugnabi-
„mus, quod Pontifex Concilio sit su-
„perior: incassum ergo oppositam sen-
„tentiam in Synodo agendum propo-
„netis, aut illius definitionem a Conci-
„lio deposcetis, quia nos potius mor-
„tem oppitere, parati sumus, quam
„permittere, ut hæc quæstio in dubium
„vocetur. „ Ad hæc Seripandus Le-
gatus ad Ferrerium conversus dixit:
„allatum a te argumentum ex Syno-
„do Constantiensi haud solidum est,
„cum id temporis certus Romanus Pon-
„tifex non exstiterit, atque hinc ad
„schisma sedandum opus fuerit, ut de-
„claratio ad Synodum pertineret, adeo-
„que illa præcesset: ast in præsentiarum
„regnat inter catholicos supremus Pon-
„tifex, certus, legitimus, atque indubi-
„tatus, cui universa Ecclesia subditur,
„nec id a quoquam in controversiam
„trahitur. „ His prolati ita oratio-
„nem conclusit: „ mei Socii nunquam
„, desir

,,desistent, quin ea omnia proferrent, Sæcul. XVI.
 ,quæ hanc veritatem, & palam facerent, A. C. 1562.
 ,& confirmarent.,

Adeo constanter Legatorum animis
 inhæserat ultramontanæ hujus opinio-
 nis veritas.

§. XXX.

Papa per Gallorum postulata vexatus.

Ceterum Legati ad Gallorum postu- *Sarp. p. 636*
 lata nihil respondebant, abs dubio, *Mem. pour*
 quia eadem Romæ ingratis auribus *le Concil. de*
 fuerunt excepta; Episcopus enim Vi- *Trente p. 379*
 terbiensis Romam delatus hasce Gallo-
 rum petitiones prælegebat, earumque
 insolentia summo Pontifici haud exi-
 guum dolorem creabat, nam cum illæ
 prima vice perlegerentur, Papa vehe-
 menter commotus in hæc verba proru-
 pit: „Galli unice intendunt Datariam,
 „Rotam, Signaturas, totamque auctori-
 „tatem Apostolicam convellere. „ Po-
 stea vero animo, fronteque paulo sere-
 nior factus est, eoquod idem Episcopus
 ei spem fecisset, quod Sanctitas sua,
 concessis aliquibus, nonnulla negare,
 quædam autem alia mitigare, hacque
 ratione plures ex hisce postulatis elu-
 dere posset. Postea idem Episcopus no-
 mine Lotharingii Cardinalis Pontifici
 hæc exposuit: „ea est Principum indo-
 „les